HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh. Seite 129r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Et accesserunt uenerunt simul. iudicans unus quisque proximo
suo auxiliari et fratri et dicit. Preualuit uir artifex. et
erarius percutiens malleo. simul producens. Aliquando
quidem dicit solidatio bona est. confortauerunt ei in claues
ponent ea et non mouebuntur. Gentes idem insule que sal
sis amarisque huius seculi tunduntur fluctibus iubentur au
dire. et ora concludere. et illud nosse quod ad israel dic
tum est. audi israel et tace. et muta fortitudinem. ne per
imbecillitatem pristinam dei non possint audire sermo
nem. ut accedant prius ad dominum. et quia non sint propria
salute contenti. quod didicerint ceteros doceant. ut
cum domino disputent. utrum omnium deus iusta seruauerit.
Sic autem interrogat eas et ad respondendum prouocat.
ut interrogatione doceat quod ignorant. Quis suscita
uit aboriente iustum siue iusticiam. Neque enim iudeorum
tantum deus sed et gentium. qui uocauit xpm dominum sal
uatorem. qui factus est nobis sapientia a deo et iusticia
et sanctitas et redemptio. in quo eundem iuxta omnibus se
sequeretur. Uocauit autem eum ut se in omnibus sequeretur.
et opera patris faceret. ut illud impleret dicens.
Deus ut facerem uoluntatem tuam uolui. In huius conspec
tu reges et gentes colla submittent. et gladio il
lius ac sagittis aduersarie potestates. quasi stipu
la subicientur et puluis. persequitur eos reges uidelicet
et principes gentium singularum. Et pertransibit in
pace ad pacem. cunctos uocans ut reconcilientur deo.
Semita in pedibus illius non parebit. idem uie laborem non
sentiet. nec aliquam imbecillitatis humane lassi
tudinem. sed de torrente bibet in uia. et propterea ele